

11

FIUME OLONA	255
CASTELLARZO 2. RHO	
Privilegio BIANCA MARIA VISCONTI al Conte SIMONETTA copie 1782	1464
originale L.C.	

Blancha Maria Vicecomes Ducissa Mediolani
Papie Anglerieque Comitissa ac Janue, et Cremonae
Domina. Licet credendum sit quod possessio, et bona de
Castellatio curie Raudae Ducatus nri Mediolani quam
nunc tenet, et possidet Egregius Secretarius noster dilectif-
simus Johannes Simonetta, et que olim fuit nonnullorum
de prosapia nra Vicecomitum, queque postea in plerisque
aliis devenerit potiora, et meliora iura habere debeat in
adaquandis, et irrigandis pratis suis de aqua fluminis Olone
quam alij circumvicini cives nri Mediolanenses illis in partibus
bona possidentes. Quod etiam clare prospici, et iudicari potest
ex quadam rugia antiquissimis temporibus facta a dicto flumine
Olone ad eadem bona initium habente. Verumtamen quia iura
ipsa ex longo temporis intervallo fortassis evanuerunt: non indi-
gnum, neque inconveniens visum est, ut possessionis ipsius
indemnitati provideamus. Idque eo promptiori animo facimus
quod eidem Johanni rem gratam facere arbitramur, et libenter
benefacimus. Sic exigente ardentissima fide, et devotione in nos
sua. preclarisque virtutibus suis, et apud nos, fidelibusque obsequijs,
quibus dies noctesque a teneris annis insudavit. ac astitit personae
Illmi Principis, et Rni domini Francisci fortis Vicecomitis- Ducis
Mediolani Consortis nri honor. que tametsi talia sint ut Johan-
nes idem majora, et longe ampliora de nobis promereatur.
Volentes tamen aliqua in parte gratitudinem in eum ostendere
Statum serie ex certa scientia, et de nra potestatis plenitudine
etiam absolute, et alias omnibus modo iure via, causa, et forma,
quibus melius, et validius possumus eidem Johanni pro se
suisque filijs, et hereditibus, et successoribus, et quibus dederint
concedimus, et dispensamus quod ultra dies, et horas, quibus
eidem Johanni, et alijs vigore Statutorum nostror. prata eorum

irrigari permiffum est: eidem quoque Johanni liceat, et licitum
fit fingulis diebus Martis, et Jovis cuiuslibet ebdomode ab
ortu Solis usque ad occasum ex dicto flumine Olone per
rugiam suam predictam tantum aque trahere, et haurire
quantum ei sufficiat ad irrigandum prata possessionis
et honor. suor. predictor. de Castellatis tute libera, et
impune: aliquibus ordinibus decretis, statutis, provisionibus,
et alijs quibusvis in contrarium disponentibus nequaquam
attentis quibus in hac parte dumtaxat derogamus, cum:
~~per~~ hoc tamen quod post irrigationem prator. et honor.
suorum predictor. scolaritia, et aque: que superfuerint:
in abscum dicti fluminis Olone remittere teneantur: Man:
:dantes Capitaneos nro Justitie Vicario, et duodecim provisionum
Comunis Mediolani, Iudici Arator., et aquar.: ceterisque officia:
:libus, et subditis nostris ad quos spectat, et spectabit quomodolibet
in futurum: Quatenus has nostras conceptionis litteras firmiter observent
et faciant Inviolabiliter observari: Neque contra eas quidquam intentent.
Sub indignationis nre pena. In quorum testimonium partes fieri iussimus,
et registrarari nris. sigilli munimine roborari. Dat. Mediolani die

obis cancell. infra collata fuisse
cum originali scrip. in rogatione mihi
exhibita, eandemque quod dicitur ipsam
originali concordam esse legitam
testor pro fide. Haec die 18. Aug. 1762
J. C. Guerinus Not. publ. et Hemi-
nis Not. Cancell.